

INCIPIT UICESIMA SEXTA DE EO QUOD SEPULTE SUNT PETRINAE
 OXCHERE. ET DE APA QUAM EXSTRUXERUNT DUAE SEMS
 TRIBUS ULTRA IORDANEM:

IN superioribus quidem dictum est quia filius israel sortem iesu dederunt
 in monte effrem & quia accepta sortem israel aedificauit sibi ciuitatem &
 habitauerunt in ea. p̄unc eadē denuo repetit scriptura & addit hoc
 quod macherae petrinar id est cultros ex saxo quibus circumcidit ih̄s
 filios israel in heremo recondērent in ciuitate quam aedificauerat
 & in qua habitabat. unde & nobis expositio repetenda est. & hoc quod
 adiectum est explicandum ut dō donante sensus scripturae integre
 expleatur. Diximus & enī in superioribus quia & dñs ih̄s petat locū
 quem aedificet & in quo habitet. & quia debemus tales effici & tam
 mundo corde. tam simplices mente. tam sc̄i corpore & sp̄u ut in anima
 nostra locum dignetur accipere & aedificare eum & in habitare in eo.
 & quia putat sunt in omni populo ita acceptabiles dō qui ad hoc elogi
 digni sunt aut certe ne singuli adhuc capaces esse possunt. sed uniuersa
 populū & cuncta simul ecclesia uix capax esse potest ut recipiat
 in se dñm ih̄m & habitet in ea. Uideamus ergo quis est iste locus in quo
 cupit habitare ih̄s. in monte inquit effrem. hoc est in monte fructifero.
 quis putat sunt in nobis montes fructiferi in quibus habitet ih̄s. nulli
 profecto in quibus sunt fructus sp̄s sc̄i. gaudium pax patientia caritas
 & cetera in quibus sunt montes fructiferi. qui fructus sp̄s adferunt & in monte
 ac spe excelsi sunt. & licet pauci esse tales possint. tamen si uel pauci fu
 erint. in ipsis habitans dñs ih̄s qui ē lux uera omnium. emittet radios
 suos lucis suae & iam super reliquos omnes quos nondum sub habitaculo
 principaliter induxit. p̄unc ergo uideamus quae sunt macherae pe
 trinae quibus circumcidit ih̄s filios israel. si oportet pronobis ut sermo